INCIPIT PROLOGVS

Generacio et gene=
racō laudabit ope
ra tua· et potēciaꝫ
tuam pronunciabunt·
Scribitur
pſal·ↄ99·Cum nō
ſine multa diligē
cia ſanctorum pa
trum ſtudia· temporū decurſus ſupputa
runt· nō dubium quin magna vtilitas
eccleſiaſticis viris et illis precipue qui
eccleſiaſticam policiā gubernare habent
inde veniat· Nec vlli ſtatui hominum
hoc parum ꝓdeſſe credendū eſt· ſi tem
perata mente ad rerū geſtarū hiſtorias
quas ob diuturnā memoriam ſtudioſi
viri conſcripſerūt oculos leuent·q̄muis
pleriq; ad minus pſpectēt·Decet nāqꝫ
viros virtuoſos prudenciū facta ſepi⁹
ad memoriaꝫ reuocare vt bonis exem/
plis diſcant dignis operibus inſiſtere
et in malis valeant perdicionis ſcopu
lum declinare· Verū niſi p̄cioſum a vi
li ſeparetur· ſtulta concupiſcēcia tpare
ſe non valens in voraginem tenebrarum
precipiti curſu mergeretur· Ob hoc ſci
doctores vidētes q͛ ad intellectū ſacra
rum ſcripturarū et ecclie regimen· Hiſto
riarum decurſus ſciri ex pte neceſſari⁹
eſſet ſimul qꝫ omniū geſtorū congeries
inutilis· tū pro ſui magnitudie· tū pro
ſuperfluorū et vilium factorū repeticio
ne ſuperuacua· quaſdā nobis hiſtorias
canonizarūt amputatis fabulis ſupſticiō
oſis ac genealogijs incriminatis que
ad rem non ptinent· Sic qꝫ factū eſt p
maximos eorū labores vt pene ſimul to
ta temporū hiſtoria breuiſſimo ſtudio
a quolibet intelligente iam nedum ſine
labore imo cū magna cordis oblectacōe
poſſit incorporari· Decuit qꝫ ad ornatū
ſcripture vt hac pulchritudine nō care
ret que omnibus gentib⁹ tanq̄ lucer
na prefulgida in obſcuro loco prelocan
da fuit· Ingeniū inſuper humanū quod
magnifice· faciliter qꝫ plura poteſt comp̄
hendere hoc delicioſo prato diuerſorum
florū priuari non debuit· in quo varia
virtutū exempla reperiens· facta qꝫ re=
proba eque conſiderās· illa carpere hoc
preterire moneretur· Videre enim ſupra
modū eſt delectabile qualiter primi no
ſtri pntes ex quibus originē duximus
inſtituti fuerūt a ſūmo deo· omnium gu/
bernatore· Deinde quis decurſus eorū
et generis deſcēſus· quomodo ꝓfecit ⁊
defecit creatura racionalis in ſapiencia·
potencia virtutib⁹ ſanctitate· lōgeuitate
et morib⁹· Et in hijs omnib⁹ diuinā gu
bernacionē admirari· q͛ ſit mirābilis de⁹
in creaturis ſuis· qui nūq̄ adminiſtrare
et gubernare ceſſauit q̄s condidit· Quā
ta qꝫ creatoris lōganimitas ⁊ miſericor
dia· q̄uqꝫ ſit inſcrutabilis diuinorū a
biſſus iudiciorū· Hec et plurima alia
dum voluit perlustrando humana induſ
tria pennis quibuſdam mentis cōtempla=
cionis· nō ſolum preterita ⁊ preſencia· ſꝫ
etiā futura metitur· dum ex ſimilib⁹ ad
ſimilia ꝓgreditur· Cui ſi voluntas bo=
na coniūcta fuerit tedio quodā incolat⁹
huius in deū ſurget ſe erigēs ad laudā
dum· regraciandū et cōtemplandū eū·
Tandē qꝫ cū apoſtolo diſſolui· et eſſe cū
criſto in eternū· Aduertendū autem
eſt vt teſtatur beatus Aug⁹ q͛ annorū
ſupputacio que ī ſacra ſcriptura diligētiſ
ſime obſeruatē· tāta veritatis diuine ex/
tat auctoritate roborata vt id ōmino fal
ſiſſimum ſit quicquid ſic ab ea diſcre=
pat· quatinus cū eadem nullo poſſit me
dio concordari· Quo ſic exiſtente mirū
videtur· quomō ſancte ſcripture tracta
tores plurimis in locis tempora ſupputā
tes ſic inter ſe diſcrepent vt vix valeāt
vel interdū omnino nequeant in vnam
reſolui concordiā· Exemplū ponimus
de queſtione veteri et famoſa· an ī an=
norum ſupputacōne lxx interpretū trāſ/
lacōni pocius ſtandum ſit q̄ hebreorū

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

textui quam hebraicam veritatem appel=
lant. Super qua re ſancti doctores in=
genia ſua cõtriuerunt. et quiſquis pro
modulo ſuo quod ſenſit expreſſit Que
preſenti loco breuitati ſtudentes ptra=
ctare non valemus remittentes lectorē
dubioſū ad Auguſtinum li. xv. de. ci dei
ad iſidorum. euſebium bedam et alios qui
rem hanc diligentiſſime maſticarunt.
Cõputat autem beda a creacione mūdi
ad natiuitatē xpi annos. 4199 quem mo
dum obſeruat eccl'a vnde verſus. Ante
iheſu duo. c. minus vno milia quinque
licet ex correcto hebreorū. non tot ān
ſed pauciores colliguntur
Temporum igitur faſciculum. inuoca
ta diuina clemencia. eiuſque freti
gracia ex multis libris in vnū cō
pendium redigere conati ſumus quo ſa
crarum ſcripturarum pluriumq; adiacen
cium ſcripturarum a creacione mundi in
hos uſque dies decurſus et geſta notabi
liora ſeu famoſiora breui ſuccinctoq; ſti
lo edicemus cum annotacione quote ā
norum quo videlicet anno a creacōe mū
di. quoto eciam anno āte vel poſt xpi
incarnacionem qualibet rerum infra ſcri
ptarum geſta ſit Vbi ſumopere duxi=
mus aduertendum ne quid poneremꝰ qđ
non ita in libris eccleſiaſticis autenticis
. fidedignis re otineri reperiatur Aut ſi
quandoq; cōtigit dubitari. eo tunc rem
prout veracius reperimus annotato du
bio poſuimus Diis dantes auctorem q̄ rē
hanc prius nobis quam laborioſe deſu=
dauerunt. In quorum labores intrauimus
et pro modulo noſtro ſparſim quod li=
buit et potuimus excerpentes deſcripſi=
mꝰ. hoc eos ordine diligencius inſecu
ti modo quo ſequitur
In primis igitur totum tempus ve
teris teſta mēti videlicet . 4199. an
norū in quinque etates diſtinctum
reperimus in quodam libro qui aſſcribit
yſidoro. Vbi multum artificialit̄ idem
yſidorus annos a creacione mundi de=
ducit ad tempora ſua regnante videlicet
eraclio circa annum domini. 632. qui ta
men ſupputacionē ſuā non ordinat ſcdm
lineam criſti ſicut nec facit oroſius. Hūc
in primis duabus etatibus ſequimur
et eciam in duabus ſequentibus paucis
demptis In quinta autem etate magis
laborauimus propter nimiam hiſtoriar
diuerſitatem. iam vnum. tunc alium p
ut melius et verius ſenſimus inſecuti in
deductione linee criſti et annorum ſuppu
tacione. Linee autem aſſiriorum roma
norum et aliorum ex diuerſis hiſtoriis
eidem laborioſe coaptauimus Porro in
ſexta etate cronicas martini et vincencij
ſequimur. qui compendioſe ad ſua uſq;
tempora proceſſerunt. Poſt quos per a
nos fere. 200. librum quendam notabile
cuius auctor neſcitur inſecuti ſumus qui
ad noſtra pene tempora protendit. Que
noſtris autem temporibꝰ fctā ſunt pu
verius audiuimus vl' vidimus annotaui
mus. Modus autem pcedēdi planiſſimꝰ
eſt. et groſſitudini ſimillimus. ita ut in
pariete poſſit depingi Et ad intelligen=
dum prima fronte facilem ſe reddat cui
libet intuenti Lineam enī criſti que om
nium principalior eſt in veteri teſtamen
to. necnon paparum in nouo teſtamēto
circa media foliorum locauimus prop
nomina quorumcumque circulis obuia
lantes In veteri autem teſtamēto in ſup
riori parte linee criſti numeros anno
a creacōe mundi ad incarnationem cri
ſti ſucceſſiue creſcentes In inferiori vo
pte numeros annorū retrogde ante na
tiuitatē uſq; ad creacionē mūdi poſuimꝰ Et
in nouo teſtamēto in ſupiori pte linee pa
parum annos creſcentes a creacione mū
di continuauimꝰ In inferiori autem pte
annos ab incarnacione criſti locauimꝰ
quatinus lector curioſius. ſi quam rē le
gerit in preſenti libello ſtatim agnoſcat
quoto anno creacionis mundi. quoto

ſicit ãno ante vel poſt xp̄i incarnacionẽ
hec res geſte ſint · Cum igitur opꝰ hoc
non ſine magno labore ex multis libris
collegerimus prout melius atq; verius
colligere valuimus · lectorem exoramus
pro xp̄o ne incaute manum ad corri-
gendum hanc annorum ſupputacionem
apponat niſi prius toto opere inſpecto
Similiter ſcriptorem quatinꝰ ſpacia cũ
numero correſpondente diligenter obſer
uet ne latius aut arcius ponat q̃ habet
exemplar · Alioquin et laborem perdet
neque fructum reportabit · Erit q; opꝰ
eo mendoſius quo compendioſius · Si
autem hic modꝰ obſeruetur debite nõ
modicum lumen ad intelligẽciam ſacra
rum ſcripturarum legenti preſtabit vt
arbitramur : Quod non ideo dicimus
quaſi nuſq̃ errauerimus · ſed pro auiſa
mento de nimia diuerſitate doctorum in
hac materia · Vbi autem errorẽ quis
inuenerit veniam precamur nos correcti
oni ſubmittentes ſaltem ex libris preal
legatis quos ſequimur · Quam eo graci
oſius nobis precamur largiri quo fragi
litatẽ humanam in numeris ſepius acci
dit errare Eras q̃q; plurimas diuerſo-
rum regum gencium aut operum magni
ficorũ ſeu perſonarũ ſublimium hincinde

locis ſuis annotauimus quibus vtũtur
aſtronomi in ſuis calculacionibꝰ ab adã
vſq; ad alfonſon Era autem eſt tempꝰ
famoſiſſimum alicuius gentis vel ſecte
incipiẽs ab aliquo effectu notabili ſin
gularis bonitatis vel malicie et vulgarit̃
datum dici poteſt vel data iuxta quam
publice conſpiraciones fiunt

¶ Hi ſunt colores linearũ ·
et p̄mo de linea xp̄i

Linea criſti plauea
Sũmoꝝ põtificũ ſimilit̃ plauea
Regum aſſiriorum
Regũ pſarum gilua
Pontificũ · rubea
Sacerdotũ iſrl̃ rubea
Impatorũ · rubea
Regum iſrahel fuſca
Iudicũ · iſrahel diuiſa
Regũ · argiuorum ſiue gre
corũ q̃ triãgulariter diuiſa
Regũ ytalie · fuſca
Regũ romanorum
Regũ egipti · circulata